ratione pugnabat.
q Tum demũ preceps. SER. postq̃ se aliter euadere posse non vidit.
r Omibus armis. SER. Cum omnibus armis: cũ minus est.
s Ille suo cũ gurgite flauo. SER. Hysterologia ẽ: cum ille eum excepit: nõ enim pcedit cum suo gurgite: quasi posset fieri: vt

Ictibus ingeminat hastis: & troes: & ipse
Fulmineus mnestheus: cum toto corpore sudor
Liquitur: & piceum: nec respirare potestas:
Flumẽ agit: fessos quatit ęger anhelitus artus:
Tum demũ preceps saltu sese omnibus armis
In fluuiũ dedit: ille suo cum gurgite flauo
Accepit veniẽtem: ac mollibus extulit vndis.
Et lętum sociis abluta cęde remisit.

¶ Finit Liber nonus.

eum sine suis fluentis exciperet. Sane querunt multi cum tybris Aenee fauerat: cur liberauerit Turnũ? Sed soluitur ista ratione: ob hoc Turnum esse liberatum: vt maior Aenee gloria reseruetur.
t Ac mollibus. CRI. Aliter enim qui fugere potuisset.

Finis decimi libri.

Pu. Virg. M. arg. in decimũ Aeneidos librũ.

placat & vxorem dictis: & iurgia natę
Iuppiter: auxiliis instructus troius heros
Aduenit: occurrũt ppli: atq; in littore pugnãt.
Occidit a turno pallas: victorq; superbus
Aeneę letripitur: Mezentius interit acer.

Vel sic

pallanti exitium: & Turni deluditur orsus.

Descriptio decimi libri

¶ Occidit Aenee decimo mezenttius ira.

Alias sic

Conciliũ diuis hominũ de rebus habetur.
Interea rutuli portis circum omnibus instãt.
Aduenit Aeneas multis cum milibus heros:
Mars vocat: & totis in pugnam viribus itur.
Interemit palanta potens in prelia turnus.
Ceduntur q; duces: cadit & sine nomine vulgus.
Subtrahitur pugna Iunonis nomine turnus.
Aeneas perstat mezenti cede piata:
Et lausum inuicta peremit per vulnera dextra.
Mox vltor nati mezentius occidit ipse.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0707
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.